EGo ſum panis viuꝰ qui de celo
deſcēdi · Joh · vi. Hec verba ſācti euā
gelij de ſeipſo locutꝰ eſt dominꝰ ihs
xp̄s Anno eius · xxxij · xvi · kal · maij ·
feria · iij · luna · xxiiij · indictiōe · v. Ān
inicium illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctus
Joh · in eodem ca · ꝙ iudei murmura
bant de illo ꝙ xp̄s dixit · Ego ſum pa
nis viuꝰ qui de celo deſcendi · Et dice
bāt · Nonne hic eſt ihesus filiꝰ ioſeph
cuiꝰ nos nouimꝰ patrem ⁊ matrem
Q̄uo ergo dicit hic · Quia de celo de
ſcendi · Reſpōdit eis ihesus ⁊ dixit ·
Nolite murmurare inuicem · nemo po
teſt venire ad me. niſi pater qui miſit
me traxerit illum · Tūc poſtmodum
ſequit̄ euāgelium hodiernū · Ego ſū
panis viuꝰ · Tho · viuificās comeden
tem · Iſte enim cibꝰ ſiue panis in mā
ducātem non cōuertit̄ · ſed eum in ſe
conuertit · Sicut dictum eſt de ſancto
auguſtino · Nec tu me mutabis in te
ſicut cibum carnis tue: ſed tu mutabe
ris in me · qui de celo deſcendi · Tho ·
vt eſſem panis hominū: qui eram pa
nis angeloꝝ · Vnde in p̄s · lviij · Pa
nem angeloꝝ manducauit homo · Si
quis mādūcauerit ex hoc pane viuet
in eternum · in p̄ſenti per grām: ⁊ in
futuro per gloriam · Et panis quem
ego dabo caro mea eſt ꝓ mūdi vita
Tho · bene dicit ꝓ mūdi vita · qꝛ vti
litas huiꝰ ſacramēti eſt nō ſolum ipſi
us ſumētis ⁊ celebrātis. ſed cōmunis
totiꝰ eccleſie · qđ non ꝯtingit in alijs
ſacramētis · Nam baptiſmꝰ ſolum ꝓ
deſt ſuſcipiēti · Eukariſtia vero nō ſo
lum celebrāti: ſed etiam omnibꝰ pro
quibꝰ orat ⁊ qui ſūt de corpore eccle
ſie ſiue viui: ſiue defuncti Et racio eſt
qꝛ in alijs ſacramētis cōtinet̄ virtus
et efficacia verbi incarnati · hic autē
cōtinet̄ ipſe xp̄s fons ⁊ plenitudo ſā
ctitatis · ⁊ ideo plus extēdit ſe virtꝰ
eius · litigabāt ergo iudei ad inuicē
dicētes · Q̄uo hic poteſt nobis dare
carnem ſuā ad manducādum · Tho ·
Litigatio erat de hoc ꝙ carnem ſuā
panē dixerat · Intelligebāt enim ꝙ
caro ſit dentibꝰ lacerāda · ⁊ ideo repu
tabāt hoc impoſſibile ⁊ incōueniens
· dixit ergo eis ihesus · Amē amen di
co vobis: niſi mādūcaueritis carnē
filij hominis Li · ſicut enim in vita cor
porali cibꝰ eſt neceſſarius ad vitam
cōſeruādā · ita in vita ſpirituali hoc
ſacramentum eſt neceſſarium · qꝛ eſt
vite ſpūalis cōſeruatiuū · qꝛ ſicut ba
ptiſmꝰ eſt quedam regeneratio ſpiri
tualis · ita eukariſtia eſt quedā ſpi
ritualis nutritio · biberitis ſanguinē
nō habebitis vitam in vobis Li · Nō
eſt intelligēdum ꝙ hoc ſacramētum
ſub vtraqꝫ ſpecie fidelibꝰ ſit exhiben
dum: ſed tātum hoc modo a ſacerdo
tibꝰ eſt ſumēdum · licet enim in p̄mi
tiua eccleſia populus ſub vtraqꝫ ſpe
cie cōmunicaret · tamē poſtmodum
prouide ordinatum eſt vt populꝰ nō
cōmunicet ſub ſpecie vini propter ꝑi
culum effuſionis Et etiam qꝛ ſcd̄m
beatum thomam de aquino · in · iiij ·
di · x · propter naturalem cōcomitan
tiam ſub vtraqꝫ ſpecie · ſcilicet panis
et vini eſt totus chriſtus · Ergo qui
cōmunicat corpori: cōmunicat ⁊ ſan
guini cum ſub vtraqꝫ ſpecie totꝰ cri
ſtus cōtinetur · ſcilicet ſcd̄m corpus
animam ⁊ deitatem · Qui manducat
meam carnem ⁊ bibit meum ſangui
nem · ſupple digne · habꝫ vitam eter
nam · Li · quia habet deum inhabitā
tem · qui eſt vita eterna · ⁊ ego reſu
ſcitabo eum in nouiſſimo die · Tho ·
quātum ad gloriam corporis ·

¶ Sequitur euangelium pro defun
ctis: quod legitur preſente funere ·
aut in depoſitione defunctorum ſcd̄m
Johānem · xi ·

IN illo tempore Dixit martha
ad iheſum. Domine ſi fuiſſes
hic frater meꝰ nō fuiſſ; mor
tuꝰ Sed ⁊ nūc ſcio quia quecūq; po
poſceris a deo dabit tibi deꝰ. Dicit ei
iheſus. reſurget frater tuꝰ. Dicit ei
martha: ſcio q̄ꝛ reſurget in reſurre
ctione in nouiſſimo die. Dicit ei ihus
Ego ſum reſurrectio ⁊ vita Qui cre
dit in me etiam ſi mortuus fuerit vi
uet. Et omnis qui viuit ⁊ credit in
me nō morietꝰ in eternum Credis hoc
Ait illi vtiq; domine. Ego credidi.
q̄ꝛ tu es xp̄s filiꝰ dei viui qui in hunc
mūdum veniſti. Poſtilla

DIxit martha ad iheſum. Dn̄e ſi
fuiſſes ⁊c̄. Joh. xi. Hiſtoria hu
ius euāgelii facta eſt anno xp̄i. xxxiii
v. poſt maretii. feria. vi. luna. p̄. indi
ctione. vi. Ante inicium illiꝰ euange
lii ſcribit ſanctꝰ Joh. in eodem cap.
q̄ xp̄s dixit diſcipulis ſuis. Lazarus
mortuus eſt. ⁊ gaudeo ꝓpter vos vt
credatis. q̄ꝛ nō eram ibi. ſed eamus
ad eum. venit itaq; iheſus ⁊ inuenit
eum q̄tuor dies in monumēto habē
tem ⁊c̄. Tūc ſequitꝰ euāgelium illud
. Dixit martha ad iheſum. Domine ſi
fuiſſes hic frater meꝰ non fuiſſ; mor
tuꝰ Tho. q. d. Tu es fons vite. mors
nō habuiſſet locum in p̄ñtia tua. ſed
et nūc ſcio. licet frater meus ſit mor
tuꝰ ⁊ ſepultꝰ. fide certa teneo. quia
quecūq; popoſceris a deo dabit tibi
deꝰ. quaſi diceret poteras repellēdo
mortem vitam cōſeruare. potes ⁊ vi
tam perditā reſtaurare. Vnde Aug.
Nō dixit Rogo te vt reſuſcites frēm
meum. Nō enim ſciebat ſi reſurgere
fratri ſuo vtile erat. dixit ei iheſus.
reſurget frater tuꝰ. Li. ſed illa intel
lexit hoc de reſurrectione futura in fi
ne mūdi. Jdeo ſequitur. dicit ei mar
tha. ſcio q̄ꝛ reſurget in reſurrectiōe
in nouiſſimo die. Tho. quaſi diceret.
Scio reſurrectionem generalem om
nium hominū futuram. ⁊ neſcio vtꝝ
de illa generali loqueris vel de ſpeci
ali fratris mei. ſciebat autem de do
ctrina xp̄i. q̄ꝛ ſcd̄m Criſo. a xp̄o de il
la generali reſurrectiōe audiuit. vel
etiam quia ex ſcripturis legis ⁊ pro
phetarum d̄ illa generali reſurrectio
ne edocta fuerat. dicit ei iheſus Ego
ſum reſurrectio ⁊ vita. i. cauſa reſur
rectionis q̄tum ad corpꝰ. ⁊ vita q̄n
tum ad animam. qui credit in me.
quia ſum vita. etiam ſi mortuus fue
rit. ſcilicet per peccatum in anima. vi
uet. ſcilicet vite gratie in preſenti. ⁊
omnis qui viuit ⁊ credit in me non
morietur in eternum. Thomas. ⁊ ſi
moriatur morte corporis. q̄ eſt mors
nature non tamen morte eterna que
eſt mors gehenne. Credis hoc. Augꝰ
chriſtus ſciens fidem ipſius confeſſio
nem eius requirit ⁊ hoc ad meritu;
ſalutis. Roma. x. Corde creditur ad
iuſticiam. ore autem confeſſio fit ad
ſalutem. ait ille vtiq; domine. ſupple
omnia credo. ego credidi q̄ꝛ tu es
chriſtꝰ filius dei viui Li. ſcilicet natu
ralis. qui in hunc mundum veniſti.
ſc; per carnis aſſumptionem

Aliud euāgelium ꝓ defunctis ſm̄
Joh. v.

IN illo tempore Dixit iheſus diſcipul̄
ſuis. Amen amē dico vobis. q̄ꝛ veni
et hora. ⁊ nūc eſt quādo mortui au
dient vocem filii dei ⁊ qui audierint
viuent. Sicut enim pater hab; vitā
i ſemetipſo ſic dedit ⁊ filio vitam ha
bere in ſemetipſo. Et poteſtatem de
dit ei iudicium facere q̄ꝛ filiꝰ hominis
eſt. Nolite mirari hoc. Quia venit ho
ra in qua omnes qui in monumētis
ſunt audient vocem eius Et procedēt
qui bona fecerunt in reſurrectionem
vite. Qui vero mala egerūt in reſur
rectionem iudicii.

Poſtilla.
AMen amē dico vobꝭ qꝛ ve. ⁊c̄.
Jo. v. Hec ⁊ ſequētia euāgelia
iuxta hiſtorias ſuas dicta ſunt a dn̄o
ihesu xp̄o āno eius. xxxij. xviij. kal.
maij. feria. iij. luna. xxiij. indictiōe.
v. Añ initiū illiꝰ euā. ſcri. ſan. Jo. in
eodē ca. ꝙ ipſe pat̄ diligit filiū ⁊ oīa
demōſtrauit ei q̄ ipſe facit. ⁊ maiora
his demonſtrabit ei opa. ⁊ vos mire
mini p̄ magtudie. q. d. vos miremini
ꝙ ſanaui paliticū q̄ hūit. xxxviij. an
nos in īfirmitate ſua Sꝫ maiora faciā
qꝛ ſuſcitabo mortuos. Tūc poſtmodū
ſequit̄ euā. hodier. Amen amē dico
vobꝭ: qꝛ venit hora. ſcꝫ in fine mundi
. ⁊ nunc ē. ſcꝫ etiā in p̄ńti. qñ mortui
audiēt vocē filij dei Ly. qꝛ ad vocē fi
lij aliq̄ in p̄ńti ſūt reſuſcitati. vt filiꝰ
vidue. vtꝫ Lu. vij. Et filia archiſina
gogi. vtꝫ Mat. ix. Et etiā lazarꝰ vtꝫ
Jo. ix. Sed in futuro ⁊ in fine mūdi
oēs reſurgēt ⁊ trāſibūt de morte ad
vitam. Vñ apl̄us. i. Coꝝ. xv. Oēs q̄
dē reſurgemꝰ. Sicut em̄ pater hꝫ vi
tam in ſemetipſo. p eſſentiā. Et i hoc
xp̄s oñdit eq̄litatē ſui cū patre. ⁊ po
teſtatē dedit ei iudiciū facere. ſcꝫ in
ꝗtū hō: qꝛ filiꝰ hoīs eſt. Ly. ſcꝫ ab oī
bus viſibilis in iudicio bonis ⁊ mal.
. nolite mirari hoc qꝛ venit hora in q̄
oēs qui in monumētis ſūt audiēt vo
cē eius. hoc fit in gn̄ali reſurrectiōe
oīm hoīm qñ oēs reſurgēt ad vocem
eius. i. ad iperium eius Vñ p̄s. lxvij
Dabit em̄ voci ſue vocem v̓tutis. ⁊
procedēt q̄ bona fecerūt in reſurrecti
onē vite Li. hoc addit̄ ad denotādū
ꝙ fides ſine opibꝰ nō ſufficit ad ſalu
tem. q̄ vero mala egerūt. Tho. i. ma
la acta p pn̄iam nō emendauerūt. in
reſurrectōēꝫ iudicij. i. in et̄nā dānati
onē. vtꝫ Mat. xxv. ibūt hi in ſuppli
cium eternum. iuſti autem in vitam
eternam.

Aliud euāgelium ꝓ defunctis ſm
Joh. v.
IN illo tēpore dixit ihesus di
ſcipulis ſuis ⁊ turbis iudeoꝝ.
Sicut em̄ pater ſuſcitat mor
tuos ⁊ viuificat. ſic ⁊ filiꝰ quos vult
viuificat Neqꝫ em̄ pater iudicat quē
ꝗ̄: ſed omne iudiciū dedit filio: vt ō
nes honorificēt filiū. ſicut honorificāt
patrē. qui nō honorificat filiū: nō ho
norificat prēm q̄ miſit illū. Amē amē
dico vobꝭ. Quia q̄ verbū meū audit
⁊ credit ei qui me miſit hꝫ vitā eter
nā: ⁊ in iudiciū nō venit: ſed trāſit a
morte in vitā. Poſtilla.
SIcut em̄ pater ſuſcitat mor. ⁊c̄.
Jo. v. Ante initiū illiꝰ euāgelij
ſcribit ſanctꝰ Jo. i eodē ca. ꝙ ihs ſa
nauit quēdā infirmū q̄ hūit. xxxviij.
annos in īfirmitate ſua. ꝓpterea ſeq
bant̄ eū iudei qꝛ hec faciebat. ihs āt
r̄ńdit. Pater meus vſqꝫ mō opat̄ ⁊
ego operor: ꝓpterea ergo magis q̄re
bāt eū iudei interficere: qꝛ nō ſolū ſol
uebat ſabbatū: ſed ⁊ prēm ſuū dice
bat deū: eq̄lē ſe faciēs deo. Tūc poſt
modū ſequit̄ euāgeliū illd. Sicut em̄
pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat.
Ly. qd̄ eſt diuine v̓tutis. Sic ⁊ filiꝰ
quos vult viuificat. ſcꝫ p potētiā ei
eq̄lē Vñ. i. Re. ij. dn̄s mortificat ⁊ vi
uificat ⁊c̄. Itē Deut. xxxij. Ego occi
dā ⁊ ego viuē faciā. Neqꝫ em̄ pat̄ iu
dicat quēq̄ Li. ſcꝫ ſeorſū a filio cū ſit
eoꝝ vna opatio. Sꝫ oē iudiciū dedit
filio. vtꝫ Act. x. Ipſe ē q̄ ꝯſtitutꝰ ē a
deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. vt oēs
hōrificēt filiū ſicut hōrificāt prēꝫ Tho
Sicut em̄ pr̄ ⁊ filiꝰ ſūt eq̄les i autori
tate ⁊ ptāte. ſic dn̄t eſſe eq̄les i gr̄a
et hōre. q̄ nō hōrificat filiū non hōrifi
cat prēm q̄ miſit illū Gor. Nō q̄re pr̄
vult filiū hōrari: qꝛ honor filij ē honor
pr̄is ⁊ ecōuerſo. Amē amē dico vobꝭ:
qꝛ q̄ v̓bū meū audit. ⁊ credit ei qui

me miſit. Li. fide formata. hʒ vitā eť nā. Li. ſcʒ cauſalit̄ qꝛ hʒ grām q̄ facit eū dignū vite et̄ne. et in iudiciū non venit. ſcʒ ꝯdēnatōis. ſʒ trāſit a morte. Gor. i. de p̄nti vita q̄ mors ē. in vitā. Li. qꝛ oportʒ ſolu̇e debitū nature añ q̄ꝫ veniat ad vitā glorie
Aliud euāgelium ꝓ defūctis. ſm Joh. vi.

In illo t̄e. d. i. d. ſ. Omne qḋ dat mihi p̄r ad me veniet. Et eū q̄venit ad me nō eiciā foras. Quia deſcēdi de celo: nō vt faciā volūtatē meā: ſed voluntatē eius q̄ miſit me. Hec ē eñ voluntas eius q̄ miſit me p̄ris: vt oē qḋ dedit mihi non pdā ex eo: ſʒ reſuſcitē illud in nouiſſimo die. Hec ē eñ volūtas p̄ris mei q̄ me miſit. vt oīs q̄ videt filiū et in eū credit hēat vitā eternā. Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die.

Poſtilla

Omne qḋ dat mihi p̄r et c̄. Joh. vi. Añ initiū illi⁹ euāgelij dixit ihs diſcipul' ſuis. Ego ſū panis vite q̄ veīt ad me nō eſuriet. Et q̄ credit in me nō ſitiet vnq̄ꝫ. Tūc ſequit̄ euāge. illḋ. Oē qḋ dat mihi p̄r ad me veniet. p fidē formatā. Nā fides ē fundamētū oīm meritoꝝ. Tho. i. ad fidē et grām meriti. nō eiciā foras. i. nunq̄ꝫ ſubtrahā ei grām. nec amiciciā meā ab ipſo diuidā. dūmō ipſe p pctm̄ grā meā non expellat. qꝛ deſcēdi de celo. i. naturā humanā aſſumpſi. nō vt faciā volūtatē meā: ſed volūtatē e⁹ qui miſit me. Tho. Ecce p oīa voluntatē hūanā ſubiciat volūtati diuine. Mat. xxvi. Nō mea volūtas ſʒ tua fiat. Hec ē aūt volūtas ei⁹ q̄ miſit me p̄ris. vt oē qḋ dedit mihi nō pdā ex eo. Li. qꝛ et ſi tal' p̄deſtinat⁹ aliqñ cadit in pctm̄ mōrle. finalit̄ tñ reſurgʒ. Vñ Ambro. cert⁹ ſū qḋ de⁹ nullū electoꝝ ſuoꝝ cadē pmittēt ſi eū meliorē a caſu ſuo reſurrecturꝝ nō ſenſiſſʒ. Sʒ reſuſcitē illḋ in nouiſſimo die. Tho. ſcʒ de morte ad vitā glorioſā. Hec ē eñ volūtas p̄ris mei q̄ me miſit. vt oīs q̄ videt filiū. Tho. ſcʒ paſſibilē et mortalē et cū hoc miracula facietē. et credit i eū. i. adhēt ei ſicut vni vero deo p miracula duct⁹ ad fidē. hēat vitā eternā. Li. ſi pſeuēt qḋ ē infallibiliter verꝝ in p̄deſtinatis de q̄b⁹ xp̄s h̄ loquit̄. Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. quo ad corpus vt ſimul gaudeat in corpore et in anima

Poſtilla ſuper euangelia dominicalia. et ſuper euāgelia de ſanctis ſm ſenſū litteralem collecta Dauantrie impreſſa. Explicit.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Ora et Labora


TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches
Centimetres
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19